



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani[i] Amor Divinvs

Scribanius, Carolus

Mogvntiæ, 1616

Cap. VIII. Votum animæ amore sauciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46242)

tu sis totus. ô quando! quid tam diu
frustraris amantem? ô venias! nolo
lactari diutiùs sine te. Tu mihi vber
super omnia vbera lactea, tu mihi
lac sitienti & arefcentibus faucibus,
lac nouum. O sitis! ô potus! frequens
me exanimet hæc sitis, vt redanimet
hic potus sæpiùs, imò æternùm exa-
nimet, vt redanimet æternùm hic
potus.

CAP. VIII.

Votum animæ amore saucie.

QUID times animæ? vulnera? A-
moris sunt. & quid metuis vul-
nera, quæ amare debes mortem, sed
ab amoris ferro? quando ô amor cõ-
fodies hanc animam? tota vulneri
tuo patet. Quid trepidas? leca & fo-
de. Minaris? ignauæ minæ sunt, quas
non sequitur sanguis. Ergo seca. O
quando! Languo & languore solo
vis me cadere? puellare mortis gen?

vir.

vir sum, vulnere tuo cadam. Quamdiu orabo pro hoc vulnere? nolo invulneratus vivere, nolo ex hac lucta integro abire corpore. Aut vis me mori sine vulnere? dura conditio! & tamen morior, si non vulneras; vivo, si vulneras. Quis credat? est quod dico. In vulnere hoc vita mihi; sine illo mors mihi est.

Quid manum retrahis amor? quamdiu suspensum, & inter ignavas minas hæret ferrum? paratum, sed & disinctum pectus offero. repetite vulnera. Neque n. vno satiari possum. In gens namq; pectus fero, nō cadit vno vulnere; repetenda sunt. Ut fiat vulnus vnum, pectus totum. ô fiat! & experire, tunc feriendo, an ego ferendo, lasser. Quid si lasser? ne misereare. Feri. Solum hic misericordiae genus est, ferire; solum crudelitatis genus est, parcere. Ne parce. numquam amor parcit. Sin parcit, nō iam amor est; quantumq; parcit, tantum ab amore.

more recedit. Gaudet n. amor vulne-
ribus, vulnerib. pascitur, lactatur vul-
neribus, crescitq; nouis, interit ocio.
Non mihi eueniat hæc timidæ & i-
gnauæ cessatio dexteræ.

Quid in clamas pacem, & retrahis
ferrum? odi pacem. Bella volo, & a-
moris bella, in quib. vulnera condū-
tur vulneribus; in quibus ni vulnere
vulnus superaddas, perit qui patitur.
Nolo hanc pacem ingloriæ mortis
prænuunciam. Vulnera volo æternæ
vitæ symbolum. Tantùm perenna
hæc amor vulnera, vt æternùm vi-
uam tibi. Et confige me vno tecum
ferro, vt confixus tibi, æternùm non
mihi, sed viuam tibi, immoriar tibi.
Ita voueo. Audi votum amor meum,
vita mea, spes mea.

Si gloriam & calorum opes, si in
æternis gaudiis iungi peterem tibi a-
mor meus, eratne causa, cur aut tu
negares, aut ego desperarem post tot
amoris pro me vincula, verbera; su-
dorum,

- dorum, lachrymarum, sanguinum balnea & flumina? post tot vulneta purpureo lacte disteta? post tot pro- uocationes & sponfiones vberiore etiam largitione locupletatas, post
- Matt.* prodigum inuitatum? *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* post languentis ab amore
- Isa. 5.* exprobratoria verba? *Quid est quod debui ultra facere vinee meae, & non feci ei?* post reseratam in plenum pectoralem fasciam, vberaque reiecta. Num- quid obliuisci potest mulier infantem, suum, ut non misereatur filii uteri sui? & si illa oblit a fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Post illud ab effuso amore lugen-
- Matt.* tis, *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Poteramne tam profuso muneratore non sperare summa? nunc cum nihil praeter vulnera petam, non durum est vulnera negari? oscula si peterem, negaret amor? vulnera peto, sed ab amo-*

ris ferro & iaculis, quibus confixus
 anhelū pectus vulnere tuo sauium
 traham tibi amor meus: & ab ingen-
 ti non inglorio vulnere tuo amicam
 hanc animam deuomam in sinum
 tuum. Tuq; illam, vltimaq; mei tot
 votis desideratis manibus liga tuis.
 Tua claudantur dextera amica hæc
 lumina, cuspide tua fatifcentia. Tuis
 componatur manibus hic vultus, o-
 raq; extremum spiritum in patulum
 latus tuum diffudentia. Concede
 hoc amor meus, vt viuam iam non
 ego, viuam tuus, tibiq; meliore iam
 vita vulnere tuo æternū donatus.

CAPVT IX.

*Suspiria anima amore lan-
 guida.*

VBi sum? & tu vbi es amor meus?
 Langueo, vbi est læguoris vnica
 medela mei? Langueo. Quid mihi
 cū aceto, aqua, vino? non reuocatur
 anima